



## **Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio**

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt  
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

Constitutiones Variorum Pontificum in præcedentibus Editionibus  
desideratas, summoque studio hinc inde conquisitas complectens

**Luxemburgi, 1741**

Hadrianus IV.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74452](#)

ficientissimum erexit: annonæ penuria, ne-dum Urbem tunc temporis premente, sed Europam penè universam etiam extra Ur-bis mænia degentibus alimenta largitus est. Gratianus decreti compilator, Petrus Lombardus, & Petrus Comestor Scholasticæ Theologiæ antesignani ea tempestate flo-ruerunt. Obiit Pontifex anno 1154. Pon-tificatum tenuit anno uno mensibus qua-tuor diebus 24. (*Magni Bullarii Romani Tom. I. hujus Editionis Luxemb. 1727. Append. fol. 38.*)

HADRIANUS IV.  
PONTIFEX CLXXI.  
ANNO DOMINI MCLIV.

**H**adrianus IV. Anastasium exceptit na-tione Anglus anno 1154. qui sede Pontifica consensa Romanos primo, quod S. P. Q. jura restituere conabantur, mox Willelmum Siciliæ Regem diris est persequutus. Cum Friderico Enobarbo non unam ob causam contendit. Tandem Ro-mani Senatus metu Ananiam se contulit, ibique muscâ suffocatum obiisse tradunt anno 1159. sedis 4. Mense decimo. (*Magni Bullarii Romani Tom. I. hujus Editionis Luxemb. 1727. Append. fol. 40.*)

I.  
Ex Miscell.  
Balutii T.  
2. pag 224.  
Edita An.  
Do. 1156.

Excommunicatio Gaufredi Comitis Ruscinonensis, qui legitimâ uxore dimissâ adulteram sibi copulaverat.

HADRIANUS EPISCOPUS.

**S**ervus Servorum Dei, venerabilibus fratri-bus Berengario Narbonensi Archiepiscopo & Apostolica sedis Legato & Artaldo He-lenensi Episcopo, & universis Baronibus per Helenensem Episcopatum constitutis, salutem & Apostolicam benedictionem.

Proœmium.

**Q**uæ à prædecessoribus nostris rationabiliter sunt statuta, nullius temeritate volumus perturbari, sed inconvulsâ ea mandamus & il-læsa ab omnibus observari. Prædecessor autem noster felicis memoriae Papa Eugenius Comitem Gaufredum & eam quam tenet adulteram excommunicationis vinculo innodavit, pro eo videlicet quod legitima uxore dimissa, non est veritus adulteram sibi matrimonio copulare.

**S.** 1. Et quia ut nobis dicitur pertinaciter adhuc in sua iniquitate perdurat, eandem sententiam ratam habentes, mandamus eam ab omnibus iuvialibiliter observari, statuentes ut eidem Comiti nunquam sit liberum, legitima etiam uxore defuncta, tam sibi matrimonio copulare, quam non est dubium manifesto adulterio polluisse.

**S.** 2. Filios autem quos ex adultera in adulterio procreavit, qui spuriâ à jure censentur, decernimus perpetuo paterna hereditate carere, nec eis liceat ullo tempore aliiquid hereditatis ipsius Comitis jure successionis patere vel ha-berere. Si vero ab eis hoc fuerit aliquando atten-

Legitimâ etiam Comi-tis uxore defunctâ nunquam ei sit liberum, pellicem sibi matrimonio copulare.

Filios in adulterio procreatos spurious per-petuoque paterna he-reditate ex-

tatum excommunicationis vinculo se noverint innodando.

Bulla Hadriani Papæ quarti, Confirmationis com-positionem inter Episcopum & Comitem Ge-bennensem.

HADRIANUS EPISCOPUS.

**S**ervus Servorum Dei, venerabili Fratri, Arducio Gebennensi Episcopo Salutem, & Apostolicam benedictionem.

**Q**uotiens (1) a fratribus nostris Episcopus talia postulantur, que & equitati conve-niant & a rationis tramite non recedant, de-cep nos animo libenti concedere, & eorum vota oportet nos, effectu operis prosequente completere. Ea propter Venerabilis in Christo, Frater Episcope, justis postulationibus tuis, grato concurrentes assensu, personam tuam, & commissam tibi Ecclesiam sub Beati Petri & nostra protectione suscipimus, & presentis scripti patrocinio communimus.

**S.** 1. Compositionem vero que inter te & dilectum filium nostrum, nobilem virum Ame-deum Gebennensem Comitem in prefentia Ve-nerabilis fratrum nostrorum S. Viennensis, E. Lugdunensis & P. Tarentiensis Archiepis-coporum, J. Gratianopolitani, & Guillelmi Be-licensis Episcoporum, & quorundam religio-forum Abbatum, super quibusdam controver-sias que inter vos agebantur, utriusque partis assensu rationabiliter facta est, juxta rite pos-tulationis instantiam, tibi & per te Ecclesiæ rite auctoritate Apostolica confirmamus cuius vi-delict compositionis tenor sicut in Instrumen-to exinde facto continetur, in subsequentibus invenitur annexus.

**S.** 2. Predictus si quidem Frater noster Pe-trus Tarentiensis Archiepiscopus, & dilecti filii nostri Almadricus Precentor Gebennensis Ec-clesie, & Willelmus Alberici Decanus, Lam-berthus de Anassaco Decanus, & Artoldus De-can, Gualterius Canonicus & Capellanus, Pontius de Filingio Canonicus, Magister Pe-trus de Tolno Canonicus, Aymo Vicedomi-nus Gebennensis, Amedeus de Nangiaco, Pe-trus de Nangiaco, Aymericus de Nangiaco, Falco Turumbertus, Cono de Ruppe: a gra-vaminibus Sacerdotum & Diaconorum tibi à Comite illatis incipientes, quoniam tu exinde querimoniam feceras, ita inter vos compofuerunt, ut si fundum vel terram Comitis Sac-erdots vel Diacones tenerent, eidem ex equo servient; si vero terram ejus dimittere vellent, investituram dimitterent, & secundum quod ab eo tenuerant, usamentum facerent, & sic Episcopo & Ecclesiæ Gebennensi, in pace per omnia remanerent.

**S.** 3. Quia etiam Comes adversus te queri-moniam fecerat, quod eos qui servili condi-tione sui erant ordinavera, super hoc ita est disfinitum, ut qui ante Sacerdotes vel Diacones ordinati erant, in pace tibi dimittere-ntur, & deinceps servos Comitis, vel suorum, nisi eorum assensu nullatenus ordinare.

**S.** 4. De feudo quoque Decimaru-m con-questus est Comes, sed quia pretendebas difi-nitionem per compositionem super ipsas decim-aes à Comite tibi factam esse, ita positum

Arduecum eique com-millam Ec-clesiam sub B. Petri ip-siusque protec-tione sus-cipit.

Compositio-nem inter E-piscopum Comitem que Geben-nensem con-firmat.

De facer-do-bus feu-dum terram-ve Comitis tenen-tibus,

De Comitis fuorumye servis nisi eorum assen-su nullatenus ab Epis-copo Ordinandum.

De feudo Decimaru-m.

(1) Hanc Bullam cum Originali contulimus ejusque Orthographiam intactam reddidimus.

De Castris super Ecclesia à Comite nuper constructis & de Willermo Ma. vallenfi cuius hominum indebité Comes accepérat.

est, ut compositionem esse factam ostenderes, & teneretur; sin autem feudum Decimarum Comiti dimitteres, salvo quidem Episcopali jure & Apostolice sedis mandato.

**S. 5.** Tu vero post hec aliam proposuisti querimoniam de Castris super Ecclesia a Comite nuper constructis, & de Willermo de Marvallo cuius hominum Comes indebet accepérat, & proinde ab Ecclesia Gebennensi cuius per omnia esse debuerat, alienaverat; inde nimurum prefati concordatores sic de Castris componerunt, ut quecumque super terram Ecclesie per Comitem constructa fuerant, si probari posset, omnino destruerentur: alioquin si super terram Comitis erecta essent, integra remanerent, ita sene quod rebus Ecclesie in aliquo non nocerent.

**S. 6.** Preterea de Willermo Mavallensi ita est ordinatum, ut quia vir nobilis est, si vellet feudum Comitis dimitteret, & hominio Comitis irrito facto ad Gebennensis Ecclesie dominium & Episcopi redire; si mallet feudum Comitis & ejus dominium tenere feendum Ecclesie in pace dimitteret, & exinde nullam exactionem Comes Ecclesie faceret.

**S. 7.** De cetero querimonia Comitis fuit de filio Maynerii quem tu ei abstuleras, super quo satis ad plenum a te responsum est habitum, videlicet quod mater ad dominium Ecclesiae Gebennensis attinebat, & propter hoc ilio Maynerii feendum Ecclesie dederat, quia ex parte matris quesierat & ad ipsum spectabat. Quocirca positum est, si Comes ipsum filium Maynerii habere velleret, ille feendum Ecclesie ad pacem dimitteret, & a Comite vel ab aliquo nulla ex hoc gravamina Ecclesie inferrentur.

**S. 8.** Porro de hominibus & terris Ecclesie a Comite & a suis interceptis & superceptis à te querimonia deposita fuit, super communis consilio compositorum dictum fuit, ut in quibus partibus Gebennensis Episcopatus iusmodi controversia habebatur, pro examinanda veritate circa locorum affinitates quatuor ex parte tua & quatuor ex parte Comitis homines boni testimonii & indigne, ad iusurandum censura Ecclesiastica cogenerunt, & quod ipsos constaret tactis sacro sanctis reliquiis de iusta possessione Ecclesie vel Comitis profiteri, ab utroque vestrum firmiter imponsterem terneretur.

**S. 9.** Inter cetera verò, que continentur in compositione apud Saysel facta, continerentur & hec, ut recordationes factae post iurandum per homines Episcopi & Comitis Amalricum videlicet Gebennensem Cantorem & Canonicum, Willelmum Bořn. Decanum, Richardum Vicedonnum, Willelmum de Bosco, sicut recitare fuerant communis assensu tui scilicet & Comitis in presentia memorati Petri Tarentiensis Archiepiscopi & Amedei Lausannensis Episcopi, atque Abbatum totius Gebennensis Episcopatus, Rodulphi de Alta-comba, Stephani Chisriacensis, Moysi de Bonomonte, Borch. de Habundantia, Pontij de Six, nec non Rodulphi Agaunensis Abbatis, & multorum religiosorum & honestorum virorum affilientium in Episcopali domo apud Gebennas, quid Episcopo, quid Comiti in dominio & justicia Gebennensis Civitatis attineret firmiter ab utriusque tenerentur.

**S. 10.** Recordationes sunt iste; Bannum totius Geneve, in omnibus & per omnia, tum solummodo esse; Justiciam & dominium cujusque sit homo ad te tantummodo pertinere; Adventios quoque ex quo per annum &

diem Gebennis moram fecerint tuos solummodo esse, Comes vero in tota Geneva nullos homines capere debet; Hospitalitatem, placitum generale, forationes vini, coroadam & mutationes domorum, si dominus mortuus fuerit, debes ut dominus possidere; Forum totius Ville, & Justiciam fori, ad te solummodo pertinere; Pedagium, ripale & pascua similiter. Comes quoque per se vel aliquem de suis in pascuis Gebennensibus, nullas equitaturas capere debet; Monetam in manus tuas tantummodo esse; si quis vero latro captus fuerit, ipsum & omnia ejus, tu habere debes; statio Comitis Gebennis in cognitione tua sit, ita tamen ut Comes & familia ejus Ecclesie & civibus & Ecclesiasticis rebus non noceat; Comes etiam aut aliqui de suis vadimonia sua per vim alicui & nisi eque valent minime ponant, & non alter quam ad pacem creditoris eadem dimittant; Hactenus Episcopalia.

**S. 11.** De his vero que ad Comitem spectare videntur sunt hec; Comes est, & bonus Advocatus sub Episcopo esse debet; Tantam denique familiaritatem, ex dilectione in domo Episcopali habere debet, quod in mutationibus officiorum ejusdem domus, si tu inde questionem habueris druiliam ibi ad modum habere debet. Tu quoque si adversus aliquem de familia sua commotus vel iratus fueris, ad Comitem refugium habebit, & donec tibi congrue satisfaciat, Comiti eundem tenere libet: simili modo de familia Comitis a te per omnia tenebitur.

**S. 12.** Quamvis vero de Latrone sicut superius continetur fiat, si ad dampnam dum, vel aliquam inde justiciam faciendam fuerit deputatus, Comiti tamen properagenda justicia reddetur; Consequenter & de monetariis si falsam aliquando monetam fecerint, iussu tuo Comes justiciam faciet.

**S. 13.** Quoniam igitur Comes modum excedento multa & maxima dampna tibi intulerat & Canonicis similiter domoque hominum tuorum diruendo destruxerat, dixerunt Compositores, ut quadraginta libras pro restauratione dampni Comes tibi persolveret; Canonicis vero dampnum sumum ad eorum libitum & misericordiam emendaret; In redintegratione quoque eorum hominibus quorum fuerant ad eorum pacem emendationem Comes faceret. Dictum & autem ut omnibus hominibus tuis quos Comes pro malvolentia inter se & te habita odio habuerat, pacem redderet, Similiter & tu ipse hominibus Comitis pacem faceres, exceptis illis qui tua abstulerant, illa videlicet, que Comes minime habuerat, de quibus dictum est, ut Comes tibi super ipsis justiciam donec ablata juxta bene placitum tuum redderentur, faceret; sin autem tu ipse justiciam tuam proinde faceres, Comes vero in nullo tibi contradicaret.

**S. 14.** De pisticione vero unde tu querimonia feceras, ita positum est ut bonas consuetudines quas homines tui ab antiquo per lacum habuerant semper in pace haberent.

**S. 15.** Fuit & querimonia tua te die pisticionis in Venna quam Comes abstulerat, super quo a compositoribus dictum est, ut quando Comitem vocare velles, in Curiam tuam veniret, ac per cognitionem Curie in pace remaneret; De Rodulpho quidem Sancti Gervasii, quia Comes inde conquestus fuerat, sic positum est ut investitura Ecclesie remaneret, & si Comes vellet super hoc in Curiam tuam veniret, & secundum quod dictum erat.

Et de his quia ad Comitem spectare videntur.

De pera-genda justi-cia.

Quadra-ginta libræ a Comite E-piscopo pro restauratione damni perfol-venda, Ca-nonicis ve-ro damnum ad eorum libitum Co-mes emen-datarus est.

De pisca-tione.

Et de Rō-dulpho fanci-ti Gervasii.

De filio Maynerii ab Episcopo Comiti ablatu.

De homini-bus & terris a Comite siveque Ecclesie intercep-tis.

In compo-sitione hac apud Saysel, facta, quid Episcopo, quid Comiti in domi-nio & justicia Gebennensis Civitatis attineret con-tinetur.

De his quia ad Episco-pum per-tinente.

1157.

Hanc eē  
compositio-  
nem invio-  
labiliter ob-  
servandam  
statuit eam  
que presen-  
ti privilegio  
munivit.

Sanctio  
Poenalis.

vel adhuc diceretur, jus suum uterque pos-  
sideret.

¶ 16. Si quis vero pacem hanc vel con-  
cordiam temerario ausu infringere temptaverit,  
dictum est ab ipsis Compositoribus, ut tu in-  
de iusticiam facias, & Comes infra quadraginta  
dies & tua pro facta iusticia non offendas. Ut  
igitur compositio ipsa futuris semper temporis  
bus inviolabiliter observetur eam Apostolice se-  
dis auctoritate duximus confirmandam, & pre-  
senti privilegio muniendam.

¶ 17. Decernimus itaque, ut nulli omni-  
no hominum liceat, hanc paginam nostre con-

firmationis infringere, vel ei aliquatenus contra-  
ire; si quis autem hoc attemptare presumper-  
it, secundo terrore commonitus, nisi presumptio-  
nem suam congrua satisfactione correxerit,  
potestatis honorisque sui dignitate careat, reum-  
que se divino iudicio existere de perpetrata ini-  
quitate cognoscat, atque in extremo examine  
districte subjaceat ultioni.

¶ 18. Cunctis verò eam servantibus sit pax  
Dominii nostri Jesu Christi, quatenus & hic  
fructum bone actionis percipiant & apud dis-  
trictum Judicem premia eterne pacis inveniant,  
Amen, Ad te Amen.

Pax & be-  
nedictio ser-  
vantibus.



**+** Ego ADRIANUS Catholice  
Ecclesie Episcopus.

- + Ego Gregorius Sabinensis Ecclesie Episcopus.
- + Ego Manfredus Presbyter Cardinalis tituli  
Sancte Savine.
- + Ego Giardus Presbyter Cardinalis tituli Sancti  
Stephani in Celo monte.
- + Ego Henricus Presbyter Cardinalis tituli Sanc-  
torum Nerei & Achillei.
- + Ego Otto Diaconus Cardinalis tituli Sancti  
Georgii ad velum aureum.
- + Ego Rodulphus Diaconus Cardinalis Sancte  
Lucie in Scepta...
- + Ego Guydo Diaconus Cardinalis Sancte Ma-  
rie in portico.

+ Ego Odo Diaconus Cardinalis Sancti Nicho-  
lai in carcere Tuliano.

+ Ego Arduicu Diaconus Cardinalis Sancti Theodo-  
ri.

+ Ego Boso Diaconus Cardinalis Sanctorum  
Cosme & Damiani.

+ Ego Albertus Diaconus Cardinalis Sancti  
Adriani.

Datum Lat. per manum Rolandi Sancte  
Romane Ecclesie Presbyteri Cardinalis & Can-  
cellarii XII. Kal. Junii, indictione quinta, Incar-  
nationis Dominice, anno millesimo quinque-  
fimo, septimo, Pontificatus verò Domini Adriani  
Pape quarti, anno tertio,

<sup>W</sup> Data XII.  
Kalend. Ju-  
nii, Pontifi-  
catus Anno  
3.

Sigilli Ori-  
ginali Bullæ  
pendentis ex  
Archivis Rei-  
pub. Gene-  
vensis ex-  
prompta si-  
militudinem  
ex vero effini-  
ximus.

III.  
Ex Archivis  
Reipublicæ  
Genevensis  
expromptæ.

ANNO  
1157.

Alia Bulla ejusdem Papæ, per quam confirmat  
quascumque Largitionis factas Ecclesie Ge-  
bennensi per Serenissimum D. Fredericum Im-  
peratorem, & possessiones & bona quecumque,  
quaæ Geb. Ecclesia habebat, vel habe-  
ret in futurum, usibus illius perpetuis cor-  
roborat.

### HADRIANUS EPISCOPUS.

Servus Servorum Dei; venerabili Fratri  
Arduicu Gebennensis Ecclesie Episcopo,  
ejusque successoribus, Canonice substituen-  
dis, in perpetuum.

Cum (i) ex injuncto nobis à Deo Apo-  
latus officio, quo cunctis Christi fidelibus

authore Domino preminemus, singulorum Paci  
& tranquillitatibus debemus intendere. Presertim  
pro illorum quiete, oportet nos esse sollicitos,  
qui Pastorali dignitate sunt prediti, & ad officium  
Pontificale promoti. Nisi enim nos eo-  
rum utilitatisibus intendentis, ipsorum jura, in  
quantum Deo permittente possumus, integra  
conservemus, & auctoritate Apostolica, eos a  
pravorum incursibus defendamus; de illorum  
salute non vere poterunt esse solliciti, qui sibi  
ad regendum, Domino sunt disponente, com-  
missi.

¶ 1. Eapropter, venerabilis in Christo fra-  
ter Gebennensis Episcopo, tuis justis postulatio-  
nibus gratum impertimur assensum, & prefa-

Ecclesiam  
Gebennen-  
sem sub B.  
Perri ipsius-  
que protec-

(i) Collatam cum originali & intactam reddidimus.

tam

tione suscipit; & largitiones ab Imperatore Episcopo & Ecclesiæ factas confirmat & roboretur.

Possessiones quacunque illibatas conservari jubet.

Vexationibusque fatigari vetat.

tam Gebennensem Ecclesiam, cui, Deo autore, preesse dinoscere, sub Beati Petri & nostra protectione suscipimus, & presentis scripti privilegio communimus, statuentes, ut ea que charissimus in Christo filius noster Fredericus Romanorum Imperator, ad Regale ius pertinentia, tibi, & Ecclesiæ tue, intra Civitatem Gebennensem & extra, pietatis intuitu noscitur legitime contulisse, & scripti sui pagina roborasse, sicut in ipso scripto continetur, tibi tuisque successoribus, auctoritate sedis Apostolice integre confirmamus, & hujus privilegii munimine, roboramus.

¶ 2. Preterea quascumque possessiones, quacumque bona eadem Ecclesia impresentiarum justæ & canonice possidet, aut in futurum, concessionē Pontificum, largitione Regum vel Principum, oblatione fidelium, seu alijs justis modis, prestante Domino poterit adipisci, firma tibi, tuisque successoribus, & illibata permaneant.

¶ 3. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum licet, supradictam Ecclesiam temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel

ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare, sed illibata omnia & integra conserventur eorum, pro quorum gubernatione & sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura, salva nimirum in omnibus, Apostolice sedis auctoritate:

¶ 4. Si qua igitur in futurum Ecclesiastica secularis persona, hanc nostræ constitutionis paginam, sciens, contra eam temere venire tempraverit, secundo tertio commonita, nisi presumptionem suam congrua satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui dignitate caret, reamque, se divino judicio existere, de perpetrata iniquitate cognoscat, & a sacratissimo corpore ac sanguine Dei & Domini Redemptoris nostri Jesu Christi, aliena fiat; atque in extremo examine, districte ultioni subjaceat.

¶ 5. Cunctis autem eidem loco sua jura servantibus, sit pax Domini Jesus Christi. Quatenus & hic fructum bone actionis percipient, & apud dictum Judicem, premia eternæ pacis inveniant. Amen, Amen.

Pœna contraventum.

Pax iura servantibus.



**+** Ego ADRIANUS Catholice Ecclesiæ Episcopus.

- + Ego Manfredus Presbyter Cardinalis tituli Sancte Savine.
- + Ego Gregorius Sabinensis Ecclesiæ Episcopus.
- + Ego Girardus Cardinalis tituli Sancti Stephani in Celio monte.
- + Ego Almricus Presbyter Cardinalis tituli Sanctorum Nerei & Achillei.
- + Ego Otto Diaconus Cardinalis tituli Sancti Getorii ad velum aureum.
- + Ego Rodulphus Diaconus Cardinalis in Septa Sancte Lucie.
- + Ego Guido Diaconus Cardinalis Sancte Marie in Porticu.

+ Ego Odo Diaconus Cardinalis Sancti Nicolai in Carcere Tuliano.

+ Ego Arditio Diaconus Cardinalis Sancti Theodori.

+ Ego Bosco Diaconus Cardinalis Sanctorum Cosme & Damiani.

+ Ego Albertus Diaconus Cardinalis Sancti Adriani.

Datum Lat. per matrem Rolandi Sancte Romane Ecclesiæ Presbyteri Cardinalis & Cancellerii XII. Kal. Junii, Indictione quinta, Incarnationis Dominicæ, anno millesimo quinquagesimo, septimo, Pontificatus vero Domini Adriani Pape quarti, anno tertio,

Data XII.  
Kal. Junij  
Pontificatus  
anno 3.

Sigilli originis effici-  
ta similitudo.

